



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Neuendorf Besitzungen in
Bodingen, am 4. Juli 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

talenta denariorum Brandeburgensium et sex solidos, octo modios filiginis, octo modios ordei, fedecim modios avene in villa Staz, nec non octo solidos denariorum Brandeburgensium in molendino ejusdem ville Staz et octo solidos in molendino Boruiz, cum omni jure et utilitate prout ipsos habuimus, vendidimus et dimisimus perpetuis temporibus possidendos et in predictorum bonorum prepositum et conventum monasterii predicti possessionem*) mittimus corporalem, facientes et constituentes ipsos in hiis scriptis possessores veros et legitimos eorundem, et in honorem omnipotentis dei et gloriose matris ejus Marie virginis ob remediumque anime nostre et quondam pie recordationis Agnetis conthoralis nostre et animarum parentum nostrorum jam dictos redditus cum omni jure, utilitate et proprietate monasterio in Nyghendorp predicto damus, appropriamus presentibus et unimus, renunciantes omni juri, quod nobis in predictis redditibus competiit seu competere posset in futurum. — — — Testes — — — honorabilis vir Conradus, prepositus ecclesie Stendaliensis, et Bodo de Hufen, capellani nostri, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXXV., dominica die post diem beatorum apostolorum Phylippi et Jacobi.

Original in zwei Exemplaren, beide von derselben Hand, aber das andere datirt in crastino b. app. Phylippi (so) et Jacobi (2. Mai). Das eine Exemplar hat ein zerbrochtes Siegel, am andern ist das Siegel verloren. — Bism. 124.

*) Diese Wortstellung in beiden Exemplaren.

XXXVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Neuendorf Besitzungen in Bodingen, am 4. Juli 1338.

— — — sanctimonialibus claustrum Nyendorp — curiam cum IIII mansis in villa Bodingen cum (quam?) propria pecunia emerunt, — — — appropriamus cum omni jure proprietate (— is?) summo atque ymo cum omni servitio quocunque nomine censeatur, cum omni precaria omnique decima majori ac minuta. Datum in Sulin*), M. CCC. XXXVIII., in die Odalrici.

(Das Original fehlt.) Nach Bismann S. 125.

*) ? Am 8. Juli war Markgraf Ludwig in Frankfurt (vgl. diesen Cod. I, Bd. 5, S. 87.).

XXXVIII. Heinrich von Rossow bescheinigt, vom Kloster Neuendorf 26 Mark Silber für einen Hof in Odesdorf empfangen zu haben, am 13. Januar 1340.

— — Nos Hinricus de Rossowe recognoscimus — — quod discretus vir dominus Hinricus, prepositus sanctimonialium in Nyendorp et plebanus in Caluis, nobis